



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 10. De quodam Plautino ioco, itemq[ue] de loco quodam è Catone
maiore Ciceronis disputatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Satin parua est res voluptatum in vita atq̄ etate agenda
Prae quod molestum est? cuique hominum in aetate
comparatumst.

Ita his est placitū, voluptati ut moror comes consequatur,
quod si est, haud facillē dixerim, vbi praeterea in tota
lingua Latina hoc loquendi genus reperiatur. sed videri
potest sumptum à Græcis. illi enim planē ita dicerent,
τὸ χεῖμα τῆ ἡδονῶν. Ita locutus est Euripides in
Phœnissis:

φιλόφορον γὰρ χεῖμα θηλειῶν ἴσθι.

qui tamen versus ab imperitis deprauatus, ita vulgus
legitur, φιλόφορον γὰρ χεῖμα θηλειῶν γυῖο ἴσθι.
sed vocem γυῖο delendam esse, & lex carminis indicio
est, & è scholiaste facillē colligitur. Ita etiam Xenophon
libro secundo παιδείας: Τὸν Ἀρχέλιον ὃς Μάξιλον
ἠπείρας τε εἰς εἰς, καὶ ἄρματα εἰς ἑκάστην, καὶ σφραγίδας
πᾶμπολύ τι χεῖμα. & Herodotus libro tertio: πᾶσι
χεῖμα τῆς ὀφίων ἐκλέπτουσι. & Aristophanes Pluto,

Πολὺ χεῖμα τε μαχῶν, καὶ κρεῖων ὀπιημένων.

& principio νεφελῶν,

Ὡς βασιλεὺς, τὸ χεῖμα τῆς νυκτῶν, ἵπτον

Ἀπέρειπον. ἔποδ' ἡμέρα γρήσει;

quos versus ita olim pueri interpretati sumus, cum
eam fabulam, exercitationis causa, in Latinum
sermonem conuerteremus:

Rex Iupiter, quàm immensa res est noctium.

Nunquam ne pulsa nocte nasceitur dies?

De quodam Plautino ioco, itemq̄, de loco quodam
è Catone maiore Ciceronis disputatum.

CAPVT X.

LOCATVS est, vt solet, Plautus, cum in Pseudulo
ita cum lenone loquentem induxit coquum:

Quia sorbitione faciam ego te hodie mea;

Item vt Medea Peliam concoxit senem:

Quem medicamento, & suis venenis dicitur
Fecisse rursus ex sene adolescentulum,

Item te ego faciam.

Neque enim Peliam Medea, sed Æsonem è sene iuuenem reddidit: cum autem recepisset, idem se facturam Pelia; effecit, vt infelix senex natarum suarum manibus concideretur. quod si coquus ille item fecisset iuuenem Ballionem, vt Medea Peliam fecerat; non sanè bonam neque expetendam operam ei dedisset. fieri etiam potest, vt personæ seruerit: & cum loquentem induxisset hominem fordidum & abiectum, de industria peperam ab eo narrari veterem illam fabulam fecerit. Quòd si Ciceronis etiam illud è Catone maiore ita legendum est (vt sanè legendum puto.) Quo quidem me proficiscentem baud sanè quis facile retraxerit: neue tanquam Peliam recoxerit: nimirum tale aliquid hic quoque comminiscendum est. nam aut decorum id & consentaneum Catoni credidit: quòd & memoria vacillare γερωνίων δειν: & interdum habet aliquid grauitatis in magnis viris minus accurata fabularum & talium rerum cognitio: aut hoc quoque inter μνηστικὰ Ciceronis ἀμνηστικὰ numerandum est.

Euripidem aliter, quàm ceteros omnes, de Helenâ
fidere locutum.

CAP. XI.

DE fidere Helenæ non idem ab omnibus traditum est. Plinius quidem libro secundo Naturalis historiae, de eo, vt nauigantibus exitioso, locutus est. hæc cum geminas illas flamas, quæ Castoris ac Pollucis esse putabatur, salutare ac prosperi cursus prænuñcias

K 2

esse

at Mureti
ria Lektioner
LIII
25